Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. (Bl. 1-48 und 120-135) und 10. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38126
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



131

sicut cerilli qui tali defectu p̄ficiunt quodāmodo enim
qui multū deiderat languescit & defecit donec optata
uel quaesita reperiat. XXXI.

Leua eius sub capite meo & dextera eius amplexabitur
me. Nam ipse salomon in alio loco in puerbus ait.
Beatus homo qui inuenit sapientiā & qui affluit pru
dentia. longitudo dierū in dextera eius. & in sinistra
eius diuitiae & gloria; & sic electa xp̄i ecclam sinis
tram habens sub capite temporalia sibi subiecta scri
bit. & dextera aū eius amplexari dum aeterna
concupisca edocuit. XXXII.

Adiuro uos filiae hierusalem p̄ capreas ceruosque
cāporum ne suscitetis neq; euigilare facietis dilectā
quoadusq; ipsa uellit. Filias hierusalē scārū & pa
cificas doctorū animas dicit. quas p̄ munda & uelocia
animalia quae ruminare ñ desinunt & in campis
scārum scripturarū alunturur. coniurat ne suscitare
faciant dilectā donec ipsa uellit. Quod paulū apos
tolū fecisse cognoscemus cū uirginib; de conseruanda
scīmonio ñ p̄ceptū sed consiliū dedit. Et in euangelio
diuitis dicit. Si uis p̄fectus eē uade uende omā quae
habes & da pauperibus. Et alio loco ubi spadones
illi laudantur. qui ipsos castrauerunt propter reg
nū caelorū. Et statim dicit qui potest capere capiat.
Et iterū apōs cū ad contentiā fideles hortatur p̄ hoc